

Johann Quistorp

**Programma Quo Ad Gloriosissimum Resurgentis Redemptoris. Triumphum.
Devotissima mente celebrandum. Rector Academiae Johannes Quistorpius, S.S.
Th. D. Pastor. Prof. in Eccles. & Acad. Rostoch. Omnes Omnium Ordinum Cives
Academicos, quam diligentissime adhortatur. P.P. Sub Sigillo Rectoratus, 26.
Martii Anno Domini M. DC. LIV.**

Rostochi[i]: Kilius, 1654

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn734839294>

Druck Freier  Zugang



R U Progr 1654

- 1) Quistorp, Dok.
- 2) " "
- 3) Schäckmann, Diarr
- 4) " "
- 5) Lenoble, Norm.



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn734839294/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn734839294/phys_0002)



PROGRAMMA

Quo
AD

37.

GLORIOSISSIMUM
RESURGENTIS RE-
DEMPTORIS.

TRIUMPHUM.

Devotissimâ mente celebrandum,

RECTOR ACADEMIÆ

JOHANNES QUISTORPIUS,
S.S. Th.D. Pastor. Prof. in Eccles.
& Acad. Rostoch.

Omnes Omnia Ordinum Cives Academicos,
quàm diligenzissimè adhortatur,

P.P. Sub Sigillo Rectoratus, 26. Martii
Anno Domini M. DC. LIV.

••\$(\$o)••



ROSTOCHI,
Typis NICOLAI KILII;
Academæ Typographi.

78

A U G U S T I N U S.
in Serm. de Ascensione Christi.

Nos CHRISTI mors vivi-
ficavit; nos Resurrectio erexit; nos
CHRISTI adscensio con-
secravit.



RECTOR
JOHANNES QUISTORPIUS,
S.S. Th. D. Prof. & Past. in Acad.
& Eccles. Rostochiensi,

Erocissimi illi Judæorum
animi, nondum crudelissimis
suppliciis CHRISTI JE-
SU, nondum morte ejusdem,
nondum cruce satiati, etiam
in mortuum & sepultum bel-
lum gerere non erubuerunt,
& attentissimè quidem omnia
observerunt ; nè quis ipsius
corpus è tumulo surriperet.

Verum nihil profuit. Hodiè etenim, propriâ divinaq;
virtute, è sepulchro egreditur, glorioſissimus *moris*, *in-*
fernī, *diaboli*, *peccati*, *mundiq*, triumphator. Resurgit
à mortuis vîctor, gloriæ suæ splendore, quasi puris-
simâ vête amictus. Redit innumeris Angelorum bea-
torumq; civium choris septus. Et ubi jam oris pal-
lor? ubi illita sputorum fœditas? ubi liventes hume-
ri? ubi manantes cruoris rivi? ubi flagellis artus con-
cisi? Tam brevi momentō, tantæ ignominiae fuligo
detersa est, & gloriæ fulgor omnia occupavit. Et
A. 2

nunc

nunc quidem frons Redemptoris nostri serenissima;
nunc illustrissimi oculi, nunc ad terræ coeliq; volupta-
tem rubescentes genæ, nunc os purpureum; nunc collu-
cer & vibrat aurō Divina CHRISTI JESU cæsa-
ries; ad summum, totus est. Vindex generis morta-
lium, à morte resurgens, quasi sol splendidissimus, è
nube prosumpens. Quem mirantur illibati Stellarum
ignes, obstupecit luna, & Sol ipse moderator Syde-
rum, fons & dispensator luminis, suas tenebras, cum
tanti luminis fulgore comparatas ingenuè confitetur.
O diem Sacratissimum! O lucem mysteriorum ma-
jestate coruscantem! O diem toti humano generi Sa-
luberrimum! O diem piâ ac religiosa animi volupta-
te prosequendum! O diem felicissimum! quô devo-
ta Christianaq; mens, cum totâ Orthodoxâ Ecclesiâ,
in solas Divinas, semet, jure merito, resolvere, lau-
des, illudq; dalcissimum *Alleluja Alleluja Alleluja* occi-
nere tenetur. Hodie etenim Pharaon ille tartareus,
cum curribus & equitibus suis, peccatum videlicet, in
mari rubro *Sanguinis CHRISTI JESU* hodiè re-
surgentis, demersus & suffocatus est. Hodie redivi-
vus Salvator, mortem divicit & occidit, suisq; viri-
bus spoliavit. Et si etenim relicta sit in mundo mors;
Æquo pulsans pede, pauperum tabernas, Regum turres; ea
nihilominus justis, non tam mors est, quam vitæ ja-
nua, & quasi arcus triumphalis; quam deniq; mera ad
vitam illam veram & sempiternam, nativitas. Ita, ut
cuivis etiam mortalium exclamare, mortiq; sic insul-
tare liceat, uti olim Gerhardus Bernhardi frater (ut
ipse Sermone 26. in Cantic. scribit) moriturus in-
sultabat, inquiens. *Ubi est mors victoria tua? ubi est mors*
simu-

stimulus tuus? Jam non est stimulus sed jubilus. Jam can-
tando moritur homo, & moriendo canticat. Usurparis jam ad
latitudinem mater mæroris; ad introitum regni, porta inferi; &
fovea perditionis ad inventionem salutis, id est ab homine
peccatore. Juste nimis, quia tu inique in hominem inno-
centem & justum, (nempè in C'HRISTUM JE-
SUS, verum DEUM & hominem) potestatem teme-
rariam usurasti. Merita es o mors, & perforata hamo,
quem inculta gloriisti &c. Sed revertamur ad glorio-
sissimum C'HRISTI resurgentis triumphum. Ho-
diè dexteris chirographum peccati, quod erat contrarium nobis,
& ipsum iugile de medio, affigens illud cruci, ut inquit 2. ad
Coloss. Apostolus, ita ut nunc, per gratiam Victo-
ris hujus sanctissimam, a peccatis nobis cavere,
& si in ea inciderimus, ab ipsis, per C'HRISTI re-
resurgentis à morte meritum, seriamq; pœnitentiam,
iterum resurgere valeamus. Hodie C'HRISTUS,
spiritus infernales prostravit; dragonem infernalem
concavat; diabolum illum, cum suâ cohorte, nè
ad eo in humanum genus dominetur & sœviat, alli-
gavit. Similis jam diabolus, ille antiquus impostor,
urso ad stipitem alligato, qui licet in catena suâ, ru-
giens circumeat, neminem tamen, nisi quem intra
suum circulum stantem rapuerit, offendere potest.
Similis est perversissimus hic hostis, malorumq; o-
mnium callidissimus coryphaeus; similis inquam cani
alligato, qui (ut D. Augustinus Serm. 197. de tem-
pore, elegantissime scribit) alligatus est tanquam innexus
catenæ canis, & neminem potest mordere, nisi cum, qui se
illi mortiferâ securitate conjunxit. Et paulò post. La-
ssare potest; sollicitare potest; mordere omnino non potest nisi

volentem &c. Hodiè deniq; CHRISTUS JESUS, inferorum portas perfregit, & tanquam fortissimus Samson (ut Gregorius hom 21. in Evang. fatetur) non solum liber de inferno exiit, sed & ipsa etiam inferni claustra destruxit, portas tulit; & montis verticem ascendit, quia resurgendo inferni claustra absulit, & ascendendo, cælorum regna penetravit. Hodie ipsi inferno fauces constrictinxit. Hodie Sanctissimus Salvator noster, omnes nos ab inferno teterimo vindicavit. Et quemadmodum Judas, vieto Adonibezech (Judic. i.) summitates manuum & pedum abscidì curavit. Sic Salvator noster, à morte resurgens, infernum viribus suis truncavit. O gloriam CHRISTI resurgentis incomparabilem. O gloriam triumphi hujus tantam majestate illustrem, quantam nec ipsæ Angelorum mentes capere valent. Magna fuit CHRISTI gloria, dum in cunis à Magis, vel ut vulgo dicitur, Regibus adoraretur, & dum à beatissimis Spiritibus celebraretur. Sed aderat tamen ibidem paupertas; aderat contemptus; aderat infirmitas; dum in misero stabulo, viliq; fæno, infantulus ac tenellus requiesceret. At in hodiernâ resurrectione, adest gloria, sine contemptu; adest potentia sine infirmitate; adiungit divitiæ sine defectu. Magna fuit gloria ejus, dum in monte Thabor, gloriosus appareret. Sed unicam ibi tantum, è dotibus corporum gloriosorum, claritatem, absq; agilitate, subtilitate, impassibilitate, demonstravit; sermonemq; ibidem de morte miscuit; nequè diu eâ claritate resplenduit. Sed in hodiernâ resurrectione, omnes simul insignes illas glorificati corporis dotes declaravit, & nullà amplius mortis de-

victæ

victæ mentione facta , constantissimè easdem retinuit. Magna fuit gloria ejus in cruce , cum honi-
nes & elementa divinitatem ejus contestarentur. Sed
fuit tamen ibi simul , dolor ; fuit ignominia ; fuit de-
formitas ; mors ipsa atrocissima adfuit. Quorum ni-
hil in hodiernâ resurrectione apparet. Quanta enim
est illius hodie gloria ? quanta felicitas ? vivere vi-
tam sine metu mortis infinitam ; vivere sine periculis,
sine molestiâ , sine defectu ; habere corpus splendi-
dius Sole , robustius ferro , agilius vento , totum im-
passibile , Spirituiq; omnino subjectum. Compara-
jam gloriam resurrectionis cum ignominia crucis. O
quanta diversitas ? Aspice ibi patientem , sanguine
perfusum , vulneribus sauciatum , in infami ligno , in-
ter latrones pendentem. Vide hic impassibilem , agi-
lem , subtilem. Vide hunc augustissimum hostium
humani generis triumphatorem , beatissimis menti-
bus stipatum ; quorum alii (ut piissimè opinari liceat)
triumphos canunt victori , alii gaudio tripudiant ;
alii palmas & lauros præferunt , alii jucundissimam
coelestium florum messem plenis manibus inspergunt.
Videte & Vos Cives Academiæ honoratissimi , quam
magnum animis nostris splendorem , CHRISTUS re-
surgens immittat ; non aliter quam in spectaculo no-
bis aliquo proposito , lumen unum , ex innumeris fa-
cibus conflatum , aciem oculorum perstringeret. Vi-
dete inquam CIVES ACADEMIÆ , & cum
Sanctissima Ecclesiâ huncce gloriosum Triumphantum
CHRISTI resurgentis devotissimè celebrate.
Qui resurrexit hodie , ut & nos cum ipso resurga-
mus ; nec ideo solum CHRISTUS , primogenitus

mor-

mortuorum resurrexit; ut nostræ carnis resurrectionem inde probaremus; cum, uti eadem est natura, radicis & palmitum ejus; cum inquam, eadem sit hominum ratio respectu CHRISTI: & cum (sicuti CHRISTUS qui radix nostra est resurrexit) nos etiam indubitatò, qui palmites sumus resurrecturi sumus, juxta Jobum cap. XIX. loquentem, Scio quod redemptor meus vivat, is quoq; me ex pulvere terræ excitabit &c. Verum ideo quoq; resurrexit JESUS noster à mortuis, ut spiritualem nostram resurrectionem à peccatis, ac vitæ emendationem doceret. Ad hæc tu maximè Studioſa Juventus attende; tota in hacce festivitate maximâ, ad CHRISTI JESU resurgentis cultum, ad pietatem, modestiam, sobrietatem, cæterasq; Virtutes, temet compone; tantamq; solennitatem, helluationibus, duellis, cæterisq; yitiis, honestam Juventutem dedecentibus, prostituere aut contaminare noli. Ne te, tam amicam & paternam admonitionem despicientem, Divina Nemesis comprehendat; né te propria conscientia, velut internus carnifex torqueat; & né magistratus, poenis legibus expressis, in tuam petulantiam animadverte-re cogatur.

P. P. Rostochii sub Sigillo Rectora,
tus nostri, die 26. Martii A. D.
M. DC. LIV,





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn734839294/phys_0011](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn734839294/phys_0011)

DFG




Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn734839294/phys_0012](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn734839294/phys_0012)



generationis nostræ. In quô , qui
ligioso gaudio , à pio jubilo te
Quare, O Cives ACADEMIÆ
lis honoratissimi ; (ut vos cum
quar) gaudemus , lætemur &
quippe Salvator noster natus est.
locum esse tristitia , ubi natalis est v
in Domino dilectissimi , & Spiritu
lætemur ; quia illuxit dies reden
reparationis antiquæ , felicitatis .
te & Vos Adolescentes florentis
in Domino D E O , sed non in D
intantâ solennitate , perversam ,
miserere hilaritatem ; Sacris in pr
nibus vacate ; Templa & Concio
nas & tabernas , impiissimorum
bula visitare ; VER B O D E I , no
sed & animum præbete ; Cavete
jus festi quietem , petulantissimis
scurilibus discursionibus , bel
bus turbetis . Abstinete , mone
ter , ab omnibus illis actionibus ,
dinem hunc honestissimum li
maculare , D E O q ; & hominibus
re possunt . Potius , sobriâ & de
tis ac compositis , ad præscriptum
ribus , fideiq ; cultu , D E I favore



i à re
terit .
Titu
allo
bodie
tas est
emus
ditate
novæ ,
cultu
ltate
holite
m im
tatio
popi
lati
ures ,
ii hu
ibus ,
mori
fidel
; Or
com
edde
, sed a
, mo
, m
re
tine .